



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui  
Guinnoci ludimagistri**

**Spauter, Johannes de  
Argentorati, Anno, M. D. XV.**

Erasmus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

ornato. Summa religione p̄redito uiro, disertissimo doctorū antistiti. Eloquij romanorū principi iurecōsultissimo. Medico peritissimo apollineę artis expertissimo, diuinarū literarū interpreti p̄fectissimo, diuine pagine p̄fectori eximio, doctissimo bonarū artium doctori &c.

**Iudici & p̄fectis urbium accōmodanda.**

Incorruptissimo iuris administratori. Sanctissimo legū executori. Integerrimo legum interpreti. Vigilantissimo urbis p̄fecto diligenti admodum ciuitatis moderatori. Optimo morū censori Iustissimo cōdili. Acquisitissimo iudici, inuiolabili iusticie p̄sidi, fori totius splēdori

**Ciuiibus & negociatoribus, ceterisq; bonis idonea.**

Splendido ciui. Prudētissimo uiro, optimo ciui. Laudato admodū negociatori. Mercuriali uiro probissimo negociatorū optimo. Diligentī operario. Solerti opifici. Probo mercatori. Studioso scholastico. ingenuo adulescētī. Spectate indolis puero &c. Plura apud alios leges, & quisquis mediocriter doctus, per se facile inueniet. Sed cauendum, ut bene docet Sulpitius, ne lasciuis & quasi calamistratis & picturatis inscriptionibus animi leuitatem indicantibus utare, ut sunt illa purpureis literarū flosculis gēmisq; decurato. Suauissimo lepore pegasidū affluentī. Nitido scientię cingulo insignito. Plurima apud hunc leges sūmopere amplectēda. Erasmus ait. Deos diuos & dños appellare principes. gnatonicū est, nō eruditū. Idē maximus, optimusq; pprie integes, aut in sūmes pontifices cōuenit a Iosue mutuo sūptū. Puellas lepidas, bellas, bñ moratas dicim⁹, & pudicas &c. Matrone p̄teritq; habebūt uiroꝝ epitheta, gñe tm̄ imutato.

Erasmus.

Atq; hęc quidē cautio sit oportet, ne quę solū alijs congruunt in alios transferamus. ueluti si quis puellā uenerandā, aut senem iucundissimū nominet, uerū etiā ne quādo manifeste falsa trahamus. ut indoctum theologū grauissimū potius dicas q̄ eruditissimū. P̄sulē supinū quiduis potius q̄ uigilantē. Regē auarū, clementē magis q̄ munificū. Nā quisq; sibi cōsciū hęc in cōtumeliā trahit nō aliter, q̄ si deformē senē formosam puellā appelles. hęc Erasmus.

Ex eodem.

Potentia epitheta in salutatione uix tulerō, nisi siqua forte gnatonis num non habebunt. ut Ambrosius Laurētio Mellito nepoti. S. D. Tullius Tullie filie iucundissime. S. D. &c. In inscriptionibus autem modeste adhibere cuius li. et, sed hominis nomine p̄elato, si quidem imperiosissima rerum consuetudo patiat hęc in modū.